

VC
5257



te



h. 4, 30 n. 31.

V c
5257

F. D. F.
EMBLEMATA
HEROICA
DIVI SAXONUM HEROIS
DOMINI DOMINI
JOHANNIS GEORGI III.
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE GLORIOSISSIMI
CASTRO DOLORIS
INSCRIPTA
INTERPRETATUROS JUVENES
INDOLIS SPEIQUE OPTIMÆ
UT
GYMNASII FREIBERGENSIS
PATRONI ATQVE FAUTORES
SUSPICIENDI
AD DIEM, DEO DANTE, CRASTINUM,
XIX. MARTII
FINITIS SACRIS MATUTINIS
AUDIRE BENEVOLENTISSIME
NON DEDIGNENTUR,
EA, QVA PAR EST, VENERATIONE
PRECUMQVE INSTANTIA
ROGANTUR
M. TOBIA LIEBIO, RECTORE.

Typis Beckerianis.





Olem istam funeream, quæ
Divi JOHANNIS GE-
ORGII III. Principis Ele-
ctoris Saxonie gloriosissimi
memoriæ beatissimæ magnificè erecta
in Urbis hujus Metalliferæ æde Cathedra-
drali in hunc usque diem cernitur, vul-
gò CASTRUM DOLORIS appelli-
tant. Cujus nominis quis sit usus, quæ item notatio, non
absolum fortè aut ab instituto nostro alienum erit, si nunc
inquiramus paucissimis. Sanè equidem non heri aut nudi-
us tertius, sed multis abhinc seculis id nominis in Exequiis Fu-
nerum Principalium usu receptum fuisse, ex Dominici Macri
Hieroglyphico & Caroli Du Fresne Glossario mediæ & infimæ
Latinitatis intelligimus. Isti enim Autores gravissimi Ca-
strum doloris ex quodam antiquo Ceremoniali Episcoporum
interpretantur *per lectum mortuorum sive tumulum, in
exequiis defuncti cadaver representantem.* Castri dolo-
ris mentionem quoque facit Celeberrimus JC. Fran-
ciscus Modius in Pandectis suis Triumphalibus Tom. 1. lib. 6.
cap. 4. Francof. edit. A. 1586. p. 227. ubi Funus describit
Triumphale LUDOVICI, Comitis Flandriæ, qui Anno
clō CCCXXCIV. XXIII. JANUAR. fatis concesserit. Post-
quam enim reliquas Ipsius exequiarum solennitates recensu-
isset, tandem his verbis claudit: *Castrum autem Doloris quin-
que vexillis prætexebatur, quorum illud, quod Flandria erat, medi-
um erat, habebatque supra dextrâ insignia Comitatus Neversii, sini-
strâ Comitatus Rhetelii: in ipso autem Castro sparsæ erant passim ex
uno latere scuta Flandrica, ex altero mixtim tam Flandrica quàm
Brabantica: atque hic rursus mille ducenti cerei scintillabant.*
Quamvis igitur facile concesserim, & nomen & usum Castrorum
doloris esse satis antiquum, fortè à veterum Romanorum pompis
funeribus inde usque per quamplurima secula promanan-
tem; Notatio tamen hujus nominis & obscura & incerta
admodum videtur. Nonnulli enim *Castri* Erymon per-
pendunt, castrumque moti autoritate Barthol. Cassanæi in
Catalogo Gloriæ mundi Part. 9. confid. 33. p. 213. derivant
à *Casto*, vel *castrando*, quòd in castro castrari debeat militum
libido, exemplo priscorum militum, qui castè vivere con-
sueverunt considerantes, Castitatem secum habere Fortitudi-
nem connexam, juxta illud Maronis in Georgicis:

*Sed non ulla magis vires industria servat,
Quàm Venerem & cæci stimulos avertere amoris.*

In-

Indeque Castrum doloris ita dici volunt, vel quod defuncti Principis, in cuius honorem istud erigitur, castè custodienda sit memoria; vel quod ipse castrari quasi & amputari debeat dolor & luctus publicus, ne modum excedat. Alii, quibus cum Christiano Becmanno de Orig. Lat. lingv. & D. Theodoro Höppingē in Tract. de prisco & novo jure Insignium p. 611. derivatio *Castri* à *Casu* arridet, molem istam funebrem hinc Castrum doloris appellari contendunt, quia vexilla ibi erecta non privatum aliquem Larem, sed magnum Principem cecidisse indicent. Quidam è Matthiæ Martini Lexico Philologico edocti, *Castri* Etymon commodè referri posse ad Chaldaicam vocem נִשְׁבָּת (*kasbta*) quæ arcum significat, inde Castrum doloris nomen suum obtinuisse credunt, quia in eo arcus triumphales affabrè exstructi conspiciuntur. Ecquis verò tam hebes ac rudis est, qui non videat. istas *Castri* doloris notationes allusionum potius quàm verarum interpretationum mereri nomen? Quid si ergò Notationem illius ex eo maximè petendam esse dicamus, quod extrinsecus *Castri* aliqujus munitissimi speciem præ se terat? Sicuti enim Castrum ad terrorem hostibus incutiendum in editis plerumque locis conditum videre est; ita Castrum doloris ex imis basibus suis aliùs erectum cernimus, ne fortè in eo repositus funebris thalamus à quolibet temerè contrectari queat, sed honor eidem illibatus & reverentia debita præstetur. Deinde ut Castrum præter vallum & fossam turribus etiam muniri constat; sic in Castro doloris ingentes peristylii columnæ, insignibus, Symbolis s. Emblematis & Trophæis defuncti Regis vel Principis exsplendescentes ad instar turrium se contemplandas præbent. Sed manum de tabula. Fortassis enim verendum mihi est, ne quis ea, quæ de *Castri* doloris nomine commentari bono animo collibuit, versiculo isto Musæ Bilbilicæ digna iudicet:


Sunt apina tricaque & si quid vilius istis.

Quin potius tanquam è diverticulo, ad Castrum doloris, *Divo Saxoniae Electori JOHANNI GEORGIO III.* in rerum ab eo fortissimè gestarum memoriam sanctissimam exstructum revertor. Tantum enim abest, ut illud quisquam nostrum, ceu rem fruendam oculis aspectaverit, cum dolor justissimus ex tanti Herois festina morte conceptus omnibus Electoratûs Saxonici provinciis & civitatibus incumbat, gravissimè & Civium omnium pectora adhuc lancinet; ut maximè stimulos devotissimæ admirationis Heroicarum Illius Virtutum in animis omnium relinquat. Idcirco in nostro quoque Gymnasio non nulli optimæ indolis atque spei Juvenes id audaciæ magis, quàm operæ in se receperunt, ut *Emblemata Electoralis Castri ingeniosissima* Oratiunculis breviusculis repetere ac quodammodo interpretari non dubitent, hoc quidem ordine ad dicendum surrecturi:

I, Cri-

- I. Crispinus Weise / Franckenbergâ Misn. Castrum Doloris
Carmine Heroico depinget.
- II. Gotthelf Christian Kresschmar Sadisdorpio Misn. LIBERA-
TÆ VINDOBONÆ;
- III. Joh. Christoph. Kresschmar Sadisdorff. Misn. FUGATORUM
INCENDIARIORUM;
- IV. Georg. Zacharias Wagner Lorenzkirchenf. Misn. CORO-
NÆ OB CIVES SERVATIOS;
- V. Samuel Müller Freib. Misn. CORONÆ OB FIDEM
SERVATAM;
- VI. George Christoph. Kranz Ortrando Misn. RECUPERATI
MOGUNTIACI;
- VII. Joh. Christian. Richter Freib. Misn. JUSTITIÆ ET PACIS;
- VIII. Christophorus Amende Hainichio Misn. VEXILLORUM
SAXONICORUM IN MOREA;
- IX. Gottfried Siegel Tschopaviâ Misn. REPRESSÆ IN-
VIDIÆ;
- X. Christian. Gottlieb Büttner Fryruthâ Variscus, ENSIS
ELECTORALIS DECUSSATI;
- XI. Theophilus Otto, Freib. Misn. BUCCINANTIS
FAMÆ;
- XII. Joh. Henricus Henschel Hainichio Misn. DANUBII, RHENI
& NIGRI FLUMINUM TUTELARIS;
- XIII. Christian. Gabriel Cronberg Freib. Misn. RELIGIONIS
SECURÆ;
- XIV. Christoph. Samuel Sperling Niederschönau. Misn. TRO-
PÆI EX ARMIS TURCICIS CONSTRUCTI;
- XV. Gotthelf Jacob Griebel Dresd. Misn. SUFFLAMINATÆ
FORTUNÆ GALLICÆ;
- XVI. Mauritius Geisler Rochlitio Misn. Valecturiens, LEO-
NIS VENETI INSIGNIUM ELECT. SAXON.
UMBONI INNITENTIS;
- XVII. Johann. Zacharias Purbach Olsnâ Siles. RHENI
FORTITER TRAIECTI;
- XVIII. Gottfried Löwe Sadisdorff. Misn. reliqua Castri doloris
interiora EMBLEMATA Carmine Trochaico interpre-
tabitur.

Vestram verò, *Patroni æstumatissimi*, per me
exambire Benevolentiam maximopere contendunt, imò confi-
dunt Oratores isti novitii. Adeste igitur benevoli, adeste fre-
quentes, ne spe illi sua per precum mearum infirmitatem excidisse
videantur. Dab. Freibergæ d. 17. Martii. 1692,



rannte
D zwey

in Him-

ersten
dnung
esidents
ierten

IO,

nüs:

uen:

ULB Halle 3
004 820 738


UD 17







tant. Cujus
 absonum forte
 inquiramus pau
 us tertius, sed m
 nerum Principa
 Hiero-Lexico &
 Latinitatis intel
 strum doloris e
 interpretantur
exequiis defuncti
 ris mentionem
 ciscus Modius in
 cap. 4. Francof.
 Triumphale L
 clo CCCXXCIV
 quam enim reli
 isset, tandem hi
 que vexillis prete
 um erat, habebat
 strâ Comitatus Rb
 uno latere scuta
 Brabantica; at
 Quamvis igitur fa
 doloris esse satis a
 funeribus inde
 tem; Notatio
 admodum videt
 pendunt, castru
 Catalogo Gloriæ
 à Casto, vel castra
 libido, exemplo
 sveverunt confid
 nem connexam,



eream, quæ
 NIS GE
 incipis Ele
 gloriosissimi
 magnificè erecta
 eræ æde Cathe
 m cernitur, vul
 LORIS appelli
 em notatio, non
 m erit, si nunc
 heri aut nudi
 n Exequiis Fu
 Dominici Macri
 mediæ & infimæ
 gravissimi Ca
 li Episcoporum
tumulum, in
 Castri dolo
 us JC. Fran
 s Tom. 1. lib. 6.
 unus describit
 æ, qui Anno
 cesserit. Post
 itates recensu
tem Doloris quim
ndria erat, medi
us Neverfii, sini
ca erant passim ex
Flandrica quàm
rei scintillabant,
 usum Castrorum
 anorum pompis
 ula promanan
 ara & incerta
 i Etymon per
 Cassanæi in
 213. derivant
 debeat militum
 ste vivere con
 nere Fortitudi
 cis:

*Sed non ulla magis vires industria servat,
 Quàm Venerem Et cæci stimulos avertere amoris.*

In-